



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

21. De tertia Figurarum serie, quæ sunt in Repetitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

be dicam) qui ob vires corporis sibi plaudit, scire debet se a vero aberrare. Quantum enim est hominis robur, cum aliorum animalium robore comparatum? Elephantorum puratrorum, leonum? Doctrina omnium, quae nobis adfunt bonorum sola immortalis est, & diuina. D. Hieronymus egregiam habet eiusdem figuræ speciem, ad Heliodorum: Paupertatem times, sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris, nemo athleta sine sudoribus coronatur, de cibo cogitas, sed famem fides non timet. supra nudam meritis humum exela ieiunijs membra collidere, sed Dominus tecum iacet. Squallidi capitis horret inculta caesaries, sed caput tuum Christus est, infinita eremi vastitas terret, sed tu Paradisum mente deambula. Vide item D. Cyprian. ep. 16. p. 39.

vigilia, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, &c.

Ad insectandum, tu in forum prodire, tu lucem conspiceris, tu in horum conspectum venire conaris.

Ad effectus amabiles.

Te dulcis coniux. te solo in littore secum,

Te veniente die. te discedente canebat.

Virg. i. Georg.

Temperatur cum Epistrophe, Synonymia, homœoptoto homœoteleuro.

Idem fere est vsus Epistrophes seu conuersionis, quæ repetitio est in fine: vt iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

Epanalepsis seu complexio utramque figuram amplectitur, repetitque in fine & principio; Figura ad exaggerationes virtutum & vitiorum aptissima; nisi statim feriret fastidiosissimas aures; & eius artificium illico nudum pateret. Idcirco non est nimis continuanda: sed Anaphora, traductione, Polypoto cum amœnitate varianda.

V. seu Epanalepsos.

Traductio. Crebra est eiusdem dictionis repetitio, sed cum casuum, aut modorum varietate, aut mutatione in sensu: vt qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.

Cui similis est allusio, amari iucundum est, si curetur ne quid sit amari; sed hæc leuiora.

Vehementiam habent conglobati casus, & Antithetis vibrati, vt in illa imprecatione Didonis.

Littora litioribus contraria, fluctibus undas,

Imprecor arma armis, pugnent ipsique nepotes.

Proxima est commutatio, sententiarum discrepantium inuersio, vt illud Simonid. Pictura loquens poësis est. Tacita poësis pictura est, & esse oportet, vt viuum: non viuere, vt edam.

Vltus est in argumento à partium enumeratione, & comparatis, in re exaggeranda, vel imminuenda, nec caret sua acrimonia, vt illa Himerij. Aras non euerxisti, at eas frustra esse ostendisti, cum reum protudentiam tollis; ob quam aras extruximus: sacrificia noua non introduxisti, at omnia sustulisti.

De tertia figurarum serie, quæ sunt in repetitione.

Anadiplosis.

CAPVT XXI.

Anadiplosis Anadiplosis, est iteratio verbi in eadem sententia aliquando continenter, vt, ô Mythis! ô Mythis. sed artificiosior cum aliquid interijcitur, vt illa Demosthenis. *ωραγορ (ὁ δ' εὐδρῆς Ἀθηναῖος) ἀραγορ Ἐραγορ.* Mala res vni Athenienses, mala res columniator. Sic Cicero, non es commotus, scum tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. Et Dij immortales sine gemitu hoc dici non potest, non nemo etiam in illo sacratio reipub. in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est.

Vltus est in affectibus, temperies cum exclamatione.

Anaphora, Epistrophe, Epanalepsis, Traductio, Allusio, Commutatio.

Anaphora Anaphora est repetitio in principijs sententiarum aptissima ad enumerandum, vt nihil te nocturnum praesidium palatij, nihil urbis

De quarta serie figurarum.

Ad suauem dicendi genus pertinentium maxime in structura periodorum.

CAPVT XXII.

Restant in hoc dicendi genere figuræ, ex quibus periodi venustatem capiunt, & numerum, quo in genere excellit Isocrates, ita eius oratio tota est continentibus vincula numeris, vt in tecto tegula: neque tamen eo ad pugnam aptior, vt enim si quis currentium